



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

Qvæstio XXV. Cum vna tantum sit essentia diuina, cur tres istos nominas?  
Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

tibus Catholicæ & indubitate omni-  
nium Christianorum fidei, breui-  
ter comprehenditur:

*Hic est, quæ in Verbo Scripto ac Tra-  
dito continentur. Nam Symbolum est  
traditum.*

*a Marc. 1.15. Marc. 16.15,16.*

### QUÆSTIO XXIII.

*Quod est illud Symbolum?*

**R E S P.** *Credo in Deum, Patrem omni-  
potentem creatorem cali & terræ.*

*Et iesum Christum, Filium eius vi-  
nigenum, Dominum nostrum, qui con-  
ceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Ma-  
ria virgine, passus sub Pontio Pilato, cru-  
cifixus, mortuus & sepultus, descendit ad  
inferna, \* inferos, tertio die resurrexit à mortu-  
is, ascensit ad caelos, sedet ad dextram  
Dei patris omnipotentis, unde venturus  
est indicare viuos & mortuos.*

**T**ercede  
*Credo in Spiritum Sanctum, † san-  
ctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum  
communionem, remissionem peccatorum,  
carnis resurrectionem, & vitam eter-  
nam. Amen.*

### DOMINICA VIII.

### QUÆSTIO XXIV.

*In quot partes distribuitur hoc Sym-  
bolum?*

**R E S P.** In tres partes. Prima est  
de extero Patre, & nostri creatio-  
ne. Altera est de Filio, & nostri redé-

**QUÆSTIO XXV.**  
*Cum una tantum sit essentia diuini, cur  
tres istos nominas? Patrem, Filium,  
& Spiritum Sanctum?*

**R E S P.** Quia Deus ita se in suo  
Verbo patefecit<sup>a</sup>, quod tres haec dis-  
tinctæ personæ sint unus ille verus  
& æternus Deus & coequalis.

*a Marc. 12.29. ex Deut. 6. 4. 1. Cor. 8. 4.  
Ela. 48.16,17. Mat. 3.16,17. Mat. 28.19. Ioh.  
5,32. Ioh. 14.16. Ioh. 15. 26. 1. Ioh. 5, 7. Ioh.  
10,30.*

## DE PATRE

### DOMINICA IX.

### QUÆSTIO XXVI.

*Quid credis cum dicis: Credo in Deum  
Patrem omnipotentem creatorum  
cali & terræ?*

**R E S P.** Credo, æternum Patrem  
Domini nostri Iesu Christi<sup>a</sup>; (qui  
cælum & terram cum omnibus,  
quæ in ijs sunt, ex nihilo creauit<sup>b</sup>,  
quique eadem æterno suo consilio  
& prouidentia sustentat ac gubernat<sup>c</sup>,) propter semetipsum & Chri-  
stum<sup>d</sup>, Deum meum & patrem  
meum esse<sup>e</sup>. Itaque sic \* in eum spero, \* ei con-  
fido, in eo acquiesco<sup>f</sup>, vt non dubi-  
tem, quin prouisurus sit omnibus,  
Qq tum

